



Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Conclave sacerdotum in quo pavimento calefacto hiberno tempore
inambulabant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

tur, prius exutis, peragi non potuisse? Sane ante lavandum, *immundissimam pedum tutelam*, removere sacerdotes decuit. Quis credit sacerdotes, postquam loti fuerunt, calceamenta pedibus suis induisse, & non potius sibi persuadeat discalceatos & sacrificasse, & alia munia sacra perfecisse, cum inter eorum vestitum, quem ipse Deus præscripsit, nusquam calcei appareant, & vel ii, qui apud Hebræos sacerdotes non fuerunt, sed tantum privati, &, ut ita dicam, profani homines, templum non adirent nisi discalceati. Atque hoc ex eo robur accipit, quod Talmudici referant conclave fuisse peculiare, in quo sacerdotes, qui non nisi nudipes in templo poterant versari, hyberno præsertim tempore calefieri poterant citius, pavimento calefacto inambulantes. Videri potest Codex Middoth, in quo describitur בֵּית הַמִּקְדָּשׁ locus incendi, sive focarium, de quo notavit hæc vir nobilissimus & eximus Constantinus l'Empereur. Ab ardendo nomen habet hæc structura, quod ibi

M 2

perpe-

Middoth
cap. I. § 6.
& ad eum
l'Emper.

perpetuo lignorum strues arderet, idque in usum sacerdotum, quo paratum semper haberent ignem, quandoquidem discalceatis pedibus in loco sancto versari tenebantur. Itemque ex eo, quod delecti sunt qui publice sacerdotum curarent valetudinem. At causa vel præcipua morborum fuit, quod nudis pedibus in pavimento starent. Ita Batthenora inter varias causas, unde sacerdotes dolore viscerum laborarent, vel primam ponit: **לְפָנֵי שְׁתַחַתִּים** **תְּלַכֵּם יְהֹוָה עַל הַرְצָה** quod sacerdotes inciderent discalceati super pavimentum. Jam si Theodoretum in Exod. 3. rogemus, qua ratione oporteat sacerdotes in Tabernaculo deservire? respondet: nudis pedibus istos sacrificia divina peregrisse.

Theodor. in Exod. 3.
Quæst. 7.

V. Neque ratio est obscura, cur pedes sacerdotum calceis non muniverit Deus, & sacerdotes in templo versati sint discalceati. Voluit enim hoc Deus ob eandem rationem, ob quam Mosis atque Iosuæ jussit, ut calceos extraherent, quia locus, in quo stabant, ob singularem ipsius præsentiam, ficerat. Quam rationem R. Moses Bar Nach-